



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

In Epistol. XXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](#)

*certim cum dicat: Vitam S. Vedasti, &c. emendare studui. In
Surij editione talis est inscriptio: Dulcissimo dilectionis filio
Radoni Abbatii, humilis Leuita Albinus salutem.*

*Patris vestri) Colligo ex his verbis Radonem Abbatem filium
monasterij S. Vedasti: quod anno 937. adhuc floruisse Frodoardum
Chronico testatur.*

IN EPISTOL. XXXIV.

fol. 78. v. 12.

HEN^C
S^J
C^{OM}
S^T
V^Z

fol. 30.

Petro Archiepiscopo) Sed cuias hic Archiepiscopus Mediolanensis. Quem Panuin. quinquagesimum: Borrom quinquagesimum secundum, & Carolo Magno per charum fuisse ait. Extat bussus Petri, qui & Otdradus dictus est, epistola elegantissima ad Carolum M. de translatione S. Augustini Papam anno 725. facta.

21. Altitudines alpium) Alpium meminit, quod ea inter Gallias & Apenninas ab Albinus agebat, & Italianam sita.

IN EPISTOL. XXXV.

fol. 30.

Ermano) Cuias hic Aquila Antistes Iuuauensis. Ille idem quem episc. 20. ad Iuuauenses, germanum suum appellat: Pio patri, Aquila, Pontifici, germano meo, pastori vestro.

IN EPISTOL. XXXVI.

fol. 32.

Filio meo Alta Petra) Reperio in diuisione Ludouici & Caroli. Altam Petram, nomen loci, posse S. Vrsum in Saledoro, & Granadualem.

fol. 33. v. 4.

Adimalicium) forte legendum, ad iudicium.

IN EPISTOL. XXXVII.

fol. 37. v. 15.

Pompaticis carnem induis vestimentis) Eum, quem Albinus hic ob affectatum vestium splendorem, reprobavit fuisse Clericum, patet ex his verbis: Tu facies altaris minister, tu summi honoris socius. Audiamus Sidonium nitorem cultus in Ecclesia justitia.

fascio homine reprehendentem: Habitū cultuque conspicuo, inquit libro 4. epistola 13. non iuuenescit solum, sed quodammodo repuerascit. Enim uero vestis astricta, tensus cothurnus, crinis in rotæ specimen accisus, barba intra rugarum latebras mersis ad cutem secta forpicibus, &c. professione religionis arrepta, viribus potius resurgentis innocentia conualescat. *Vbinotandum est, veteres Francos ad strictis vestibus.* De quibus Sidonius carm. 2.

Strictius affuetē vester procerā coērcent

al. affutē.

Membra virūm.

Sicut & de Gothis Sidonius lib. 4. epis. 20.

2. Longo fasciarum nexus ligari) Scio Græcis & Romanis fuisse peri scelides. Sed longe aliae Franci in vsu: quæ quales fuerint, colligimus ex iis, quæ Sangallenis de gestis Caroli Magni: Erat antiquorum ornatus vel paratura Francorum, calceamenta forinsecus aurata, corrigiis tricubitalibus insignita, fasciæ crurales vermiculatae, & subtus eas tibialia ac coxalia linea, quamvis ex eodem colore, tamen artificiosissimo opere variata, super quæ & fasciolas, in crucis modū intrinsecus & extrinsecus, ante & retro, longissimæ illæ corrigiæ tendebantur. Non ita Goths, de quibus Sidonius lib. 4. epis. 20. Genua, crura, suræq; sine regmine. Melius vsu fasciarum, quibus & plantas & crura innoluebant Franci, intelligere poterimus ex Sidonio lib. 8. epis. II.

Perges sic melius volante saltu,

Sive stigia fasceata, nudī

Per sumnum digitū regant, citatis

Firmi ingressibus, atq; vinculorum

Concurrentibus ansulis reflexa.

Ad crus, per cameram cathena surgat.

Quorum duos ultimos versus, nemo melius explicet, quam idem Sidonius, qui Carm. 2. quomodo in obstrigilo (ita enim hoc calceamen-

000

tige-

et genus vocari à Glosso. vet. m. s. restatur Sauaro) per cameram cashenasurgat, eleganter ostendit:

Perpetuo stat planta solo, sed fascea primos
Sistitur ad digitos, retinacula bina cothurnis
Mittit in aduersum vineto de fornice pollex,
Quæ stringant crepidas: & concurrentibus anulis
Vincorum pandas texant per crura catenas.

Meminit quoq; busmodifascearum, historia S. Eugenii:
Constrictus ocreis crura, fasciolisq; plantas.

IN EPISTOL. XLI.

HENR. CAR. S. J. T. tomo. 1. S. I. V. Z. 4

fol. 90. v. 20. D Amœtæ) Fuisse hunc virum illustrē, domi militiæq; strenuum,
pater etiam ex episc. 47. ubi hunc in exercitu Caroli M. Saxonis
debellatur Iuri dicundo fuisse præfectum, liquet ex his: In diuersis
auditu causarum, iustitia semper resonet in ore.
25. Quot dentes) Ne mireris, quod vir illustris Alcuino pessimum
dono mittat. Certè Bonifacius Edelburgæ Regina pectinem
eburneum auratum dono misit, ut patet ex episc. quam Henricus
Huntindoniensis lib. 3. hisc. citat.

fol. 91. v. 1. Placare capillos) in m. s. virtuosè placere. Si quis occasionibus
eburnei pectinis, dono missi à Damæta, velit colligere, temporibus
Alcuini Clericos comam promississe; huic quo minus assentias facit Sidonius: qui episc. 24. lib. 4. habitum Clerici describit: Habitus viro, gradus, pudor, color, sermo religiosus. tum coma brevis,
barba prolixa. Quod Alcuini aetate durasse credo. Sacerdotes comam
non nutriuisse, patet ex Concilio Carthagin. 4. Can. 44. Clericus
neq; comam nutriat, neq; barbam radat. Idem Eucherius hom.
plurim. mart. ex decreto Niceti Papæ 23. distinct. cap. prohibet
Isidorus l. 2. ca. 4. de offic. Ecclesiast. Epiphani heresi 80. & in Compendiario fidei Apostolica. Vide quæ notat Sauaro.
5. In absentia longinquitate) Eisdem Damæta inscriptæ et
subsequens episc. 47. & 51. in eodem itinere commoranti, ut apparat
dum scilicet Carolum Magnum in Saxonem mouentem, comitatus Valde